



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini  
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,  
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

**Erbermann, Veit**

**Heripoli, 1661**

Cap. I. An Opera justorum rectè vocentur Merita?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9498**

## LIBER SEPTIMVS.

D E

## MERITIS.

## CAPVT PRIMVM.

Qu. I. *An opera iustorum recte vocentur Merita? Pontificis affirman, Nos negamus.  
ait Amesius.*

**D**E vocibus litem primò movent hæretici, ut hinc ad rem ipsam arietandam facilior sit via. Calvinus l. 3. Instit. c. 15. §. 2. & seqq. contendit, non esse utendum nomine Meriti & Mercedis, sed dicendum esse, operibus bonis dari à DEO remunerationem aliquam liberalem; & licet ignoroscatur & fateatur, Veteres Patres passim usos esse vocabulū meriti & mercedis: tamen ita acerbè in eos invehitur, ut dicat, *pessimè consoluisse Fidei (Lutherocalvinicæ) sinceritati, qui primus nomen Meriti operibus tribuit.* Nimirum vidit Calvinus, nihil efficacius dici posse ad probandam iustitiam veram operum bonorum, & ad iustitiam imputatitiam refellendam, quām si opera iustorum merita vita æternæ esse dicitur.

Et ita quidem Calvinus sensit. G. Titius vero, opere suo *Quodlibeticæ Parhermenicæ* Patres antiquos sibi conciliaturus, in cap. ult. suo *Ostensionis*, num vi. persuadere satagit, antiquitus milites stipendiæ merere dictum fuisse; adeoque, inquit, merere vel mereri

eras

erat prestare aliquid pro quo ex se considerato stipendium vel retributio posset exigere. Succendentibus temporibus & deciente paulatim linguae latine proprietate, cœpit illy merci accipi pro eo quod est Gracis τυγχανει sequi & dipisci, sive ex iure tanquam debitum consequari, sive liberalitate tanquam donum, sive quocunque alio modo. In vetero cantico Ecclesiastico canitur, o felix culpa, quia talem meruit redemptorem! Subiicit deinceps plura exempla, & testimonium quoque Genebradi & Scholastitorum, & sic putat se uno levissimo Grammaticali flatu totum dogma Pontificium de Operum merito propriè dicto explosisse, pariterque SS. Patrum suffragium sibi conciliasse prudentius, quod pia fratre & acerbè tanquam sibi adversum reiecerat Calvinus. Hæc logomachia Titiana est planè futilis, & Gerhardina seu puerilis. Cui enim nisi pueris (& foliis neque his omnibus) persuaserit Titianus, esto quod non infreuentur etiam in abusiva illa significacione inveniatur vox mereri, ita tamen accipi in SS. Patribus oportere perpetuò; cum de præmio bonorum operum loquuntur? Nec opus est nisi absque præiudicio & perverso affectu densissima SS. Patrum dicta per illustrare, & vèl tyronibus constabat, Calvinus repudiando Patres in usu eius vocis, remiserè quidem, impudenter & hæretice egisse, sed tamen eorum sensum affectutum esse; Titiūm verò Calvino longè intolerabiliorē, dum planissimum eorum sensum (qui non solum ex voce meriti, sed etiam mercatoris, præmii, stipendiis, alliisque similibus relucet) palpabili impostura in hæresis patricinum transfert, in omni verborum proprietate & rigore meruisse ei afferenti aliquid deinceps fides adhibetur. Et quid opus est hic in limine dulius hætere in examinando eius vocis usu, secundum doctrinam Patrum, cum ex ipsis SS. Scripturis per-

Cap. I. An opera iustorum recte vocentur Merita? 257  
perspicue habeatur legitimus earum vocum usus?  
Quid enim aliud sibi vult illud Eccles. 16. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Nec evadit Calvinus, dum ait, in Graeco deesse vocem meriti. Nam sive exprimatur, sive omitatur ea vox, sensus genuinus semper sibi constat, cum retribuere secundum opera nihil aliquid sit, quam reddere sicut opera merentur. Videri potest Amesius hoc suo silentio approbasse; nisi forte illud dictum velut e libro apocrypho de promptum contemnendum sibi putaverit, consueto Puritanis, sed misero effugio, ut constat ex Tom. i. lib. i. Confirmatur idem ex Hebr. 13. Beneficentia nolite obliuisci: talibus enim hominibus promeretur Deus, ubi interpres latinus non barebare, ut calumniantur cacodoxi, sed latine & recte usus est eo verbo, quod non est activum, sed depo- nens, idemque hic est quod conciliare sibi & placare (ac proin promereri) Deum, ut non tantum Graeci PP, sed etiam Erasmus interpretatur. Amesius ait, non minus periculosè (dogmati scil. Lutheri o. Calvini. co) quam inepte & barbarè iuxg. eis Graecam vocem tertii promereri Bellarmino autem dicenti [Propriissime dicimus unum apud alium mereri, & eum sibi obstringere, qui facit al quid quod ei placet, eumque delebet] reponit, Hoc esse manifeste falsum. Nam solutio debiti, etiam dimidiata (si nomen sit dubium) placet creditori, nihil tamen apud eum meretur Gratiarum actio, quatenus agnoscit beneficium, placet benefactori; sed nihil apud illum meretur. Resp. Quod ait Puritanus, manifeste falsum, putamus nos manifeste verum. Apud quidamvis honestam vitum mereretur prior ille laudem & fidem ulteriore, posterior etiam ulteriore beneficentiam. Confirmatur 2. ex omnibus illis locis Scripturarum, ubi invenitur nomen dignitatis. Nam quod nos dicimus mereri, dicunt Graeci ιερός, i.e. dignum esse, & meritum vocant ἀξιωμα.

Ita

Ita 2. Thess. 1. ut digni habeamur regno DEI. Apot. 3 ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt, i.e. quoniam id merentur &c. Frustra adfert Amesius aliquot instantias, ubi alium sensum illa locutio habet. Bellarminus dixit, frequenter; non vero, semper. Debuisse Amesius ostendere, in locis allegatis & similibus non esse idem quod mereri. Sed quomodo potuisse negare Solem in meridie lucere? Denique Confirmatur idem omnibus illis Scripturae locis, quibus disertis verbis continetur nomen Mercedis. ut Gen. 15. 2. Paral. 5. Prov. 11. Sap. 5. Eccl. 18. Isai. 40. Matt. 5. 1. Cor. 3. Apoc. ult. &c. Merces autem & meritum relativa sunt. Amesius. Apostolus ipse distinguendo docet mercedem fidelium, non esse ex merito sed ex gratia. Rom. 4. 4. Resp. Apostolum loqui de operibus vi solius naturae peractis, iam supra ostensum est, patebitque amplius ex dicendis,

## CAPUT SECUNDVM.

*Qu. 2. An bona opera iustorum sint verè ac propriè merita vitæ aeternæ? Pontificis affirmant, Non negamus, ait Amesius.*

§. 1.

*Prænotantur nonnulla de Merito universim.*

Vt Veritas Catholica eique opposita hæresis èo facilius, brevius & clarius explicetur, operæ premium videtur hic ex primis principiis rationem Meriti arcessere, & quæ tam pro adstruenda Veritate, quam pro errore subruendo aliunde supponenda sunt, sub unum aspectum simul proponere. Itaque Notandum

I. Sicut in fundamento Meriti, Libertate arbitrii scil. plus minusve errarunt hæretici, ita & in Merito. Iuxta primayam Lutheri & Cal-

cap. 2. An bona opera  
Calvini doctrina  
sum in rebus, & t  
medio tollatur non  
Servum arbitrium  
sa erit ratio veri  
tionibus natura  
enim cum S. Th  
cent omnes; O  
quantum est bon  
dabilis vel culpa  
optimè declarat  
Ex hoc dicitur act  
tur agentis nihil e  
imputari alicui m  
nim actus imputa  
ita quod habeat d  
nibus actibus volu  
Meritum & dem  
tanem, quæ fit s  
cundum Iustitiam  
quium seu profectu  
laris personæ, si  
ipius DEI. Viro  
habent rationem n  
tione quidem ipsiu  
Est autem debitum  
viantur; unde qu  
DEVM, non serva  
Ex parte vero toti  
libet communicati  
pud habet curam b  
tribuere pro his, q  
Est autem DEVS  
est, eversa  
manorum, si  
laudabilis & c  
ideoque de rigo